



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Opvs De Iudiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos &
Festos, ab ipso Auctore confectus

Stengel, Georg

Ingolstadii, 1651

Capvt XVI. Alteram morborum caussam, esse naturam non solùm
elementorum sed etiam locorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45701

Hippocratem
sect. 4 Apho-
rism. de in-
commodis
senectutis.

Gen. 27. 18
1. Reg. 3. 21

subclaudicare pedibus? ducibus inniti? desipere corde, ac delirare? voce absurda atq; inepta pronuntiare? Scilicet ea aetate, quasi paulatim moriatur homo, mortisque moriendo admonetur, ita omnia sensim in ipso deficiunt. Mutatur facies, &, quæ serena erat, triste quid per se fert. Deficit lumen oculorum, si non omninò cæcatur. Palpebræ stillant lachrymas. Cerebrum catarrhis abundat. Vnde narium fluxus, phlegmata, tusses, excreationes. Quò respexit Iuuenalis:

Et iam laue caput madidq; infantia nast.

Perdidit ille oculos, & luscis inuidet ambos.

Isaac certè & Heli præ senio caligauerunt adeò, vt oculis lumen ipsum non cerberent. Quod istis contigit in senectute, alijs iuuenibus euenit, qui videntes non vident, natura iubente, se defecturos; aut si vident, frustra naturam suam detestantur. Tales enim eos esse oportet, si volunt esse; quia naturam defectibus obnoxiam acceperunt.

C A P V T XVI.

Alteram morborum causam, esse naturam non solum elementorum, sed etiam locorum.

I.



T, quæ de natura hominis tradidimus, altiùs penetremus, obseruandum nobis est, eam vel secundum se, vel secundum sua principia spectari posse. Ad naturam hominis, secundum se pertinet integritas, symmetria, concordia, & æquabilitas elementorum. Elementorum autem, seu principiorum est, agere & pati, & admittere qualitatum varietatem. Galenum audiamus. *Elementum est, inquit, ex quo primo & simplicissimo, cuncta sunt facta, in quod primum & simplicissimum cuncta resoluuntur. Athenaus autem in tertio volumine sic ait: Elementa medicina, vt quidam tradiderunt, sunt calidum, humidum, frigidum, siccum. Ex quibus primis apparentibus & simplicissimis, & minimis homo constituitur, & in qua ultima tandem apparentia & simplicissima, & minima resoluetur. Quando scilicet, symmetria illa concordiaque vel qualitatum & temperamenti, vel elementorum, hominis naturæ debita, domestico aliquo die*

Galen. in De-
finitionib.
medicis.

sidio desinet consentire, vna alteraue, aut qualitate, aut, si maus, elemento nimium quantum excedente, alterumque extinguente. *Secundum naturam igitur est sanitas, ait Galenus: Prater naturam Gal. loc. cit. morbus: ut natura crassus, pinguis, aduncus. Hoc enim modo affecti, non secundum naturam se habent. Transcendunt enim symmetriam & aequalitatem, impediunturque, quò minus suo fungantur officio. Hoc autem non natura est tale, quod neque secundum naturam est, neque prater naturam, neque natura est; quemadmodum qui vitiligine laborant, quosque acrochordones exercent, & id genus vitiorum. Hac enim secundum naturam non sunt. Sunt enim extra naturale, neque tamen prater naturam. Non enim naturalis operationes offendunt. Sed neque a natura sunt, non enim ab initio, hoc est, quò homini, sed ab ortu (& vitio parentum, vel qualitatum) insunt. Relinquitur ergo, ea non esse à natura.*

Subiungit his author, quænam magis, quæ minus naturam hominis destruant, aut vitia vitam impedian, vel tollant. *Hac autem, inquit, vite officio necessaria sunt, cerebrum, cor, jecur, pulmo, venter, quorum si pars aliqua morbo obsessa sit, necessario statim, vel paulò post, animal interit. Ad bene viuendum sunt apta, oculi, pedes, manus, & alia corporis partes. Harum enim aliquà affectà viuut animal quidem, non verò satis commodè. Exinde progreditur Galenus ad has morbi definitiones. Morbus est intemperantia primorum elementorum, quæ secundum naturam in nobis sunt. Vel: Morbus est intemperies humorum, ex quibus corpora nostra constituuntur. Aliter sic: Morbus est naturalium potentiarum impedimentum, vel: Morbus est mutatio corporis à dispositione & statu naturali, in eum, qui prater naturam est. Vel: Morbus est intemperies primarum qualitatum, in qua exuperat vel calidum, vel frigidum, vel humidum, vel siccum. Morbosa autem dispositiones corporum ex contrarijs temperatura partibus prodeunt, quemadmodum optima temperatura constituuntur ex symmetria instrumentariarum partium, & bona temperie simularium. Manifestum est igitur, morbos homini esse naturales, non quia homo, sed quia animal est, ex elementis compactum. Quæ elementa tunc facilius insolescunt, & exorbitant, si à loco, vel potiùs infectione loci ac elementorum seducantur. Quod elegantissimè Lucretius Poëta Philosophicus sequenti carmine explicauit,*

Nunc,

II.

III.
 Tit. Lucret.
 sarm. lib. 6.
 de rer. nat.

Nunc, ratio qua sit morbis, aut unde repente
 Mortiferam possit cladem conflare coorta
 Morbida vis hominum generi, pecudumq; cateruis,
 Expediam. Primum multarum semina rerum,
 Esse supra docui, qua sint vitalia nobis:
 Et contra, qua sint morbo, mortiq;, necesse est
 Multa volare, ea cum casu sunt forte coorta,
 Et perturbarunt calum: fit morbidus aer.
 Atq; ea vis omnis morborum, pestilientiaq;,
 Aut extrinsecus, ut nubes, nebulaq; supernè
 Per calum veniunt: aut ipsa saepe coorta
 De terra surgunt, ubi putrorem humida nasci est,
 Intempestius pluuiisq; & solibus ista
 Nonne vides etiam cali novitate & aquarum
 Tentari, procul à patria quicumq; domoq;
 Adueniunt? ideo quia longe discrepat aer.
 Nam quid Britannum calum differre putamus,
 Et quod in Aegypto est, quàm mundi claudicat axis?
 Quidne quod in Ponto est, differre à Gadibus, atq;
 Usq; ad nigra virum, percoctaq; sacra calore?
 Qua cum quatuor inter se diuersa videmus
 Quatuor à ventis & cali partibus esse,
 Tum color & facies hominum distare videntur
 Largiter, & morbi generatim sacra tenere.
 Est elephas morbus, qui propter flumina Nili
 Gignitur Aegypto in media, neq; praterea usquam
 Attide tentantur gressus, oculiq; in Achaëis
 Finibus; inde alijs alius locus est inimicus
 Partibus ac membris: varius concinnat id aer.
 Proinde ubi se calum, quod nobis forte alienum est,
 Commonet, atq; aer inimicus serpere cepit:
 Vt nebula, ac nubes paulatim repit, & omne,
 Quàm graditur, conturbat, & immutare coactat.
 Est quoq;, ut, in nostrum cum venit deniq; calum,
 Corrumpat, reddatq; sui simile, atq; alienum.
 Hac igitur subito clades noua, pestilientiaq;.

Aut

Aut in aquas cadit, aut fruges persidit in ipsas,
 Aut alios hominum pastus, pecudumq; cibatus:
 Aut etiam suspensa manet vis aëre in ipso,
 Et quum spirantes mistas hinc ducimus auras,
 Illa quoq; in corpus pariter sorbere necesse est,
 Consimili ratione venit bubus quoq; saepe
 Pestilitas, etiam pecubus balantibus agror.
 Nec refert virum nos in loca deveniamus
 Nobis adversa, & cali mutemur amictum;
 An calum nobis ulero natura cruentum
 Deferat, aut aliquid, quo nos consuevimus uti,
 Quod nos aduentu possit tentare recenti.
 Hac ratio quondam morborum, & mortifer astus,
 Finibus in Cecropis funestos reddidit agros:
 Vastavitq; vias, exhausit civibus urbem.
 Nam penitus veniens, Egypti è finibus ortus,
 Aëra permensus multum, camposq; natantes,
 Incubuit tandem populo Pandionis: omnes
 Inde catervatim morbo, mortiq; dabantur.
 Principio caput incensum feruore gerebant.
 Et duplices oculos suffusa luce rubentes.
 Sudabant etiam fauces intrinsecus atro
 Sanguine, & ulceribus vocis via sepra coibat:
 Atq; animi interpret manabat lingua cruore,
 Debilitata malis, motu grauis, aspera tactu.
 Inde, ubi per fauces pectus complebat, & ipsum
 Morbida vis in cor maestum confluxerat agris:
 Omnia tum verò vitæ claustra lababant.
 Spiritus ore foras tetrum voluebat odorem,
 Rancida quo perolent projecta cadauera ritu:
 Atq; animi prorsum vires totius, & omne
 Languerat corpus lethi iam limine in ipso.
 Intolerabilibusq; malis erat anxius angor
 Assidue comes, & gemitu commissa querela.
 Singultusq; frequens noctem persape, diemq;
 Concipere assidue nervos, & membra coactans

Dissol.

Dissoluebat eos defessos antè, fatigans.
 Nec nimio cuiquam posse ardore tueri
 Corporis in summo summam feruescere partem,
 Sed potius tepidum manibus proponere tactum:
 Et simul ulceribus quasi iniustis omne rubere
 Corpus, ut est, per membra sacer cum diditur ignis.
 Intima pars homini verò flagrabat ad ossa:
 [Flagrabat stomacho flamma, ut fornacibus intus.]
 Nil adeo posse quidquam leue tenuèq; membris
 Vertere in utilitatem: ad ventum, ad frigora semper,
 In fluuios partim gelidos ardentia morbo
 Membra dabant, nudum jacentes corpus in undas;
 Multi precipites lymphis putealibus, altè
 Inciderunt ipso venientes ore patente.
 Insedabiliter sitis arida corpora mersans
 Equabat multum paruis humoribus imbrem.
 Nec requies erat ulla mali: defessa jacebant
 Corpora: mussabat tacito medicina timore.
 Quippe patientia cum totas ardentia noctes
 Lumina versarent oculorum expertia somno.
 Multaq; praterea mortis tum signa dabantur.
 Perturbata animi mens in mœrore, metuq;
 Triste supercilium, furiosus vultus, & acer;
 Sollicita porro, plenaq; sonoribus aures:
 Creber spiritus, aut ingens, raroq; coortus:
 Sudorisq; madens per collum splendidus humor:
 Tenuia sputa, minuta, croci contacta colore,
 Salsaq; per fauces raucas vix edita tussi.
 In manibus verò trahier nervi, & tremere artus,
 A pedibusq; minutatim succedere frigus
 Non dubitabat: item ad supremum deniq; tempus
 Compressa nares: nasi primoris acumen
 Tenuè, cavati oculi, caua tempora, frigida pellis,
 Duraq; inhorrebat rictum: frons tenta minebat.
 Nec nimio rigida post strati morte jacebant:
 Octauoq; ferè candenti lumine solis,

Aut etiam nona reddebant lampade vitam,
 Quorum si quis (ut est) vitarat funera lethi,
 Ulceribus tetris, & nigra prolusie alui:
 Posterius tamen hunc tabes, lethumq; manebat:
 Aut etiam multus capitis cum saepe dolore
 Corruptus sanguis plenis ex naribus ibat.
 Hinc hominis tota vires, corpusq; fluebat.
 Profluuiam porro qui tatri sanguinis arte
 Exierat, tamen in nervos huic morbus, & artus
 Ibat, & in partes genitales corporis ipsas.
 Et grauiter partim metuentes limina lethi,
 Vnebant ferro priuati parte virili:
 Et manibus sine nonnulli pedibusq; manebant
 In vita tamen, & perdebant lumina partim:
 Vsq; adeo mortis metus his inaccesserat acer.
 Atq; etiam quosdam cepere obliuia rerum
 Cunctarum, neq; se possent cognoscere ut ipsi.
 Multaq; huius cum inhumata jacerent corpora supra
 Corporibus: tamen alituum genus atq; ferarum
 Aut procul absiliebat, ut acrem exires odorem:
 Aut ibi gustaret, langueret morte propinqua.
 Nec tamen omnino temere illis solibus vlla
 Comparebat auis, nec tristia sacra ferarum
 Exhibant siluæ: languent pleraq; morbo,
 Et moriebantur: cum primis fida canum vis
 Strata vis animam ponebat in omnibus agrum.
 Extorquebat enim vitam vis morbida membris.
 Incomitata rapi certabant funera vasta:
 Nec ratio remedi communis certa dabatur.
 Nam quod alis dederat vitales aëris auras
 Voluere in ore licere, & cali templa tueri:
 Hoc alijs erat exitio, lethumq; parabat.
 Illud in his rebus miserandum & magnopere vnum
 Erumnabile erat, quod ubi se quisq; videbat
 Implicitum morbo, morti damnatus ut esset:
 Deficiens animo, mæsto cum corde jacebat.

Funera respectans, animam & mittebat ibidem:
Idq; vel in primis cumulabat funere funus.
Quippe etenim nullo cessabant tempore apiscis
Ex alijs alios auidi contagia morbi.
Nam quicumq; suos fugitabant visere ad egros,
Vitai nimium cupidi, mortisq; timentes:
Poenibat paulo post turpi morte, malaq;
Desertos, opii expertes, incuria maectans
Lanigeras tamquam pecudes, & bucera sacra.
Qui fuerant autem praesto, contagibus ibant,
Atq; labore, pudor, quem tum cogebat obire,
Blandaq; lassorum vox mista voce querela.
Optimus hoc lethi genus ergo quisq; subibat.
Inq; alijs alium populum sepelire suorum.
Certantes, lachrymis lasi luctuq; redibant:
Inde bonam partem in lectum mœrore dabantur:
Nec poterat quisquam reperiri, quem neq; morbus,
Nec mors, nec luctus, tentaret tempore sali.
Præterea iam pastor, & armentarius omnis,
Et robustus item curvi moderator aratri.
Languebant: penitusq; casis contrusa jacebant
Corpora, paupertate & morbo dedita morti.
Exanimis pueris super exanimata parentum
Corpora nonnumquam posses, retroq; videre
Matribus & patribus natos super edere vitam.
Nec minimum partim ex agris agroria in urbem
Confluxit, languens quem contulit agricolarum
Copia, conueniens ex omni morbida parte.
Omnia complebant loca, relictq;: quo magè eos tam
Confertos ita aceruatim mors accumulabat.
Multa siti prostrata viam per, proq; voluta
Corpora sicanos ad aquarum strata jacebant,
Interclusa anima nimia ab dulcedine aquai.
Multaq; per populi passim loca prompta, viaq;
Languida semianimo tum corpore membra videres,
Horrida pedore, & pannis cooperta perire

Corporu

Corporis inluvie: pellis super ossibus una,
 Ulceribus tatis propè iam, sordiq; sepulta.
 Omnia deniq; sancta Deum delubra repleat
 Corporibus mors exanimis: onerataq; passim
 Cuncta cadaueribus caelestum templa manebant,
 Hospitibus loca qua complebant adituentes.
 Nec iam religio Diuum, nec Numina magni
 Pendebantur enim: presens dolor exsuperabat:
 Nec mos ille sepultura remanebat in vrbe,
 Quo prius hic populus semper consuerat humari.
 Perturbatus enim totus trepidabat, & unus-
 Quisq; suum pro re consortem maestus humabat:
 Multaq; vis subita, & paupertas horrida suasisit;
 Namq; suos consanguineos aliena rogorum
 Insuper exstructa ingenti clamore locabant,
 Subdebantq; faces, multo cum sanguine saepe,
 Rixantes potius, quam corpora desererentur.

Sic morbos mortelq; depinxit Poëta, causamq; eorum
 indagauit; dum elementorum corruptioni, hominum cetero-
 rumq; animalium ascripsit corruptionem; quam, ex principijs
 suis, ei deberi, etiam DEVS significauit, quando dixit: *Puluis es, & Gen. 3. 19.*
 in puluerem reuerteris; de terra sumptus, terræ reddendus; &
 hinc corrumpendus, vnde oriundus. Etsi enim naturæ tuæ,
 hoc est, hominis integritati & morbus, & mors repugnet; non
 repugnat tamen naturæ elementorum, ex quibus es conflatus,
 quorum natura est, vt inter se repugnent, luctentur, vincant
 & vincantur, naturamq; tuam destruant, dum vnumquodque
 vult conseruare suam. Atque hoc ipsum conuenit naturæ ho-
 minis, prout est corpus, & hinc fragile; cuius integritas etsi per
 morbos & mortem soluatur, magna tamen DEI prouidentia,
 fragile factum est, vt vel hinc homo rationis sapientiæq; suæ
 exercendæ, ostendendæq; haberet occasionem. *Reprehenderunt* Laſant. libi
igitur (Epicurei) ea, in quibus vel maxime diuinitatem suam proui- de opificio
dentia mirabiliter expressit; vt illa, qua retuli, de morbis & imma- Dei. cap. 4.
tura morte; cum debuerint cogitare, his assumptis, qua necessario se-
querentur, Sequuntur autem illa, que dixi, si morbum non reci-
 perent,

perent, neq; tectis, neq; vestibus indigerent. quid enim ventos, aut imbres, aut frigora metuerent; quorum vis in eo est, ut morbos afferant? Idcirco enim accepit sapientiam, ut aduersus nocentia fragilitatem suam muniat. Sequitur necessario, ut quoniam retinenda rationis causa morbos capit; etiam mortem semper accipiat; quia is, ad quem morbus non venit, firmus sit, necesse est; infirmitas autem habet in se mortis condicionem; firmitas verò, ubi fuerit, nec senectus locum potest habere, nec mors, qua sequitur senectutem. Præterea, si mors certa constituta esset ætati, fieret homo insolentissimus, & humanitate omnino careret. Nam fere jura omnia humanitatis, quibus inter nos cohæremus, ex metu & conscientia fragilitatis oriuntur. Deniq; imbecilliora, & timidiora quæq; animalia congregantur; ut quoniam viribus tueri se nequeunt, multitudine tueantur: fortiora verò solitudines appetunt, quoniam robore viribusq; confidunt. Homo quoq; si eodem modo haberet ad propulsanda pericula suppetens robur; nec vllius alterius auxilio indigeret: qua societas esset? qua reuerentia inter se? quis ordo? qua ratio? qua humanitas? aut quid esset deterius hominè? quid efferatius? quid immanius? Sed quoniam imbecillus est, nec per se potest sine homine vivere; societatem appetit, ut vita communis & ornatior fiat, & tutior. Vides igitur, omnem hominis rationem in eo vel maxime statui, quòd nudus fragilisq; nascitur, quòd morbis afficitur, quòd immatura morte multatur. Quæ si homini detrahantur; rationem quoque ac sapientiam detrabi, necesse est.

CAPVT XVII.

Tertiam morborum causam, esse peccatum Adami, ob id, à DEO immortalitate gratuita priuati.

I.



Atis fuisset ægroto consolando, scire, hanc esse sortem naturæ, qua contenta sunt, aut esse debent etiam cetera animalia; & tamen Deus ad eum erga hominem fuit liberalis, ut quando eum ab initio condidit, eum etiam supra ipsam naturam euexerit; donauit enim eum iustitia originali, & à morte eum, cui ex natura sua debebatur, exemit, suppeditato mirabili & contra morbos, & contra interitum remedio. Nam primum hominem, non solum in loco saluberrimo & amœnissimo